

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Balthasar Wunnius

**Threnodia Anno 1602. 22. Novembris in examine cum pueris in schola Warnae  
instituto & habito recitata. Et Honestissimis Nec Non Prudentissimis DD.  
Consulibus Et Senatoribus Reipub. Warnensis, Viris cum debita animi  
observantia ...**

Rostochii: Mylianderus, 1603

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742542831>

Druck    Freier  Zugang



K

12373-2.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742542831/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742542831/phys_0001)

DFG

MR - 12973 a.





THRENODIA

Anno 1602. 22. Novembris in exa-  
mine cum pueris in schola Warne  
instituto & habito recitata.

ET

HONESTISSIMIS NEC  
NON PRUDENTISSI-  
MIS DD. CONSULIBUS ET  
SENATORIBVS REIPVB.

WARNENSIS,

Viris cum debita animi observantia  
benevolentie & gratitudine publicae  
men dedicata.

à  
BALTHASARO WVNNO  
Malchinensi, Rectore scho-  
læ ibidem.

ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri. Anno 1603

IN THRENODIAN  
Dn. BALTHASARI WVNNII  
Epigramma.

Quae pietas facie, pressisq; modestia verbis  
Emicat, in metris est ea iuncta tuis,  
Mi<sup>u</sup>nni: nec enim falsò dixere vetusti:  
Est index animi vox faciesq; sui.  
Bis, puto, te vidi: bis vestra, W<sup>o</sup>renia iunxit  
Unis nos epulis colloquijsq; pijs:  
Et tua te facies mihi, te mihi sermo modestus  
Notificaverunt, lux velut ampla, citò.  
Nunc verò tua metra legens, quibus obvia mundi:  
Crimina, cum pœnis consociata gemis;  
Quæ vidi video: quæ audiri verba modesta  
Audio: teq; pium prædico jure virum.  
Laudis egens doctrina mea tua, Lector abunde  
Quam videt, est minimè: sat sibi laudis habes.  
Ecquis enim melius te, te laudaverit ipso?  
Seu mavis, M<sup>u</sup>sa suave canente tua?

M. PETRVS BAMBAMIVS  
P. L.



Onga diu tenuit mea Musa silentia:  
fecit

Nulla ligata etenim; aut verba soluta  
modis:

Namque meum studium tenebris latitare sub altis  
Expedit; Et vita lumen abesse mea.

Culmina summa petant felici sidere du&lti;  
Imma petat, quem sors asperitate premit.

Arvis luctatos clarijs licet ire per arces,  
Verboſi, Et natos fortia ad arma fori.

Qui tantum cupiunt animo ad cœlestia ferri,  
Sub cruce rimentur limina lata poli.

Non cupio ingenio superas volitare per arces,  
Nec fluidi innumeras colligere orbis opes.

Limibus Domini potius traducere vitam  
Spretus, quam mundi clarus honore volo.

Attamen instigat, quo longa silentia rumpam,  
Blandus amor patrie, quam coluisse decet.

Namque aderit predicta dies, Et debita Parca  
Tempora complerint, vatis dicasque minas

Ob

Ob crimen duris Germanis triste per orbem  
Supplicium & scelerum pœna luenda venit.  
Magna etenim capit ira Deum memoremq[ue] malorum  
Vltio sollicitat; diraq[ue] tela parat.  
Testis erit tellus; testis quoq[ue] Pontus & aether;  
Sol mihi testis erit; Cynthia testis erit.  
Ergo dicetur querulo threnodia cantus,  
Versu temporibus conveniente malis.  
O venerande Pater nostris allabere cœptis:  
Unâ adsis soboles ô veneranda Dei.  
Tuq[ue] ades incepturnq[ue] unâ percurre laborem,  
Spiritus Alme, agili quò pede versus eat.  
Principio quisquam, conspecto carmine, querat;  
Quænam sit nostri causa caputq[ue] mali?  
Quare tristi animo nunchæc sententia surgat?  
Ominis unde queam certior esse mei?  
Non haec conscripsi cœlum scrutatus & astra;  
Sed verbi rimans dogmata pura sacri.  
Namq[ue] super tibi sunt, varios qui cernere vultus  
Stellarum poterunt, dicere & inde minas.  
Me iuvat at contrâ assidua per volvere dextra  
Verbum & supremi consuluisse Dei.  
Héu miserum quam præcipites labentia casus  
Secula turbabunt, mystica ut illa ferunt.

E

Et quod prædictas jam jam dabis, impia terra,  
Pœnas, testantur facta nefanda nimis.  
Scilicet, alma, cades nec habet fortuna regressum  
Cernis agi bellum; cernis adesse necem.  
Sacra etenim æthereas vanescunt verba per auras,  
Et sunt omnibus pondera nulla malis.  
Nec superis unquam meriti redduntur honores:  
Inq, Deum pietas & timor omnis abest.  
Cuncta abiit probitas: læsos à prole parentes  
Audimus: vanum præbyter ore canit.  
In nobis sœvit magicae incantatio lingua:  
Cernimus hinc fieri tristia sœpe mala;  
Cœde manus plena; multi mittuntur ad umbras  
Immerito: pœnas ait homicida fugit.  
Namq, cibo, Bacchoq, graves, somnoq, jacemus:  
Vestibus haud modus est: luxus ubiq, tumet.  
Illicitæ veneris fiunt hinc furtæ nefanda:  
Et teneros fœtus pharmaca dira necant.  
Sapius incestis, temerantur vocibus aures:  
Illico multos fœdere, jungit amor.  
Exiguum scelus est fœdus si rumpit adulter,  
Conjugij vetitum sollicitatq, torum.  
E terris cessit candor, verumq, fidesq,  
In quorum subiit frausq, dolusq, locum.

A 3      Judicijs

Indicijs versa leges, rectumq; refugit;  
Semper at electi judicis arca patet.  
Turpiter adducti faciunt periuria testes:  
Per litem cunctas perdit egenus opes:  
Ora hominum dulci fraudum medicata veneno  
Dulcia verba ferunt; pectora felle tuinent.  
Plus deliquisti, quam quod comprehendere dictis  
In promptu possum; sis memor ipsa tui.  
Hæc sunt nota quidem, sed non accepta referri:  
Quæ facienda fugis; sed fugienda facis  
Hoc caput interitus clavisq; ea causa nefanda:  
Fati hinc præsentis certiores esse potes.  
Hinc certè nullam poteris sperare salutem  
Cum tibi sit poena causa cruentatua.  
Sunt Ima fæcida præfracti à stirpe recisi,  
De te quid statuox in sacra jussa facis?  
Crimina si expendis (semper quæ expendere oportet )  
Poena luenda tibi non uenit ante diem.  
Namq; diu Dominus flendo miserabile carmen  
Integrans cecinit voce ministerij.  
O Germania, si ò demens Germania velles  
Noscere, quæ ad pacem: corda veterus habet.  
Deridis monitus, spenisq; minantia verba:  
Verba Dei saltem fabula visa tibi.

Cum

Cum nolles adhibere Dei sermonibus aures,  
Signa iræ superum cuncta creata dabant.  
Flebile dicebat cœlum tibi ; flebile pontus ;  
Flebile triste solum ; flebile & aura levis.  
Claros Sol radios ; radios quoq; lucida Phœbe  
Subtraxere oculis sidera clara tuis.  
Terra tibi fruges ; pisces tibi lymphæ negabat :  
Impulit afflatus ventus & aura suos.  
Sape tibi grata Cereris penuria summa,  
Et miseranda lues ; ignis in igne fuit.  
O tibi ni silicis sub pectore vena fuisset,  
Nec rigidi Chalybis semina mente tua :  
Sed subito gressus fixissæ tramite recto,  
Dempta forent capiti quam mala multa tuo.  
Hostes ipse Deus misisset fulmine ad umbras ;  
Tuta salutifera mania pace forent.  
Talibus at monitis cum te reflectere Jova  
Non potuit, turmas jussit adesse suas.  
Venit summa dies & incluctabile tempus :  
Ultima supremi meta furoris adest.  
Me miserum vereor patriam, vereorq; cruentam.  
Cadem, cum gladius limina nostra petet.  
Armi potens vindex justissima vulnera vibrat  
In meritos : meritò pena parata venit.

Hic

*His ego commotus feci lachrymabile carmen  
Sorte etenim nostra haud tristior esse potest.  
Esse, Deo, irato, nobis quis posset amicus?  
Quæ regio in terris, non inimica satis?  
Sera redundabit gravius vindicta peracti:  
Supplicium patitur nam grave culpa gravis.  
Te causam clamis, crimenq; caputq; malorum:  
Fortunam fabricat quilibet ipse suam.  
Cum subit instantis tristissima clavis imago,  
Eructo, hos gemitus; nil sine flere libet:  
O Deus abbrevies, cessantia fata tuorum;  
Esse diu clausum tuq; cubile veta.  
Heu miserum tuti toties quod pulsa se pulchri  
Ianuâ; sed nullo, tempore aperta mihi est.  
O si nunc veniens judex in nube serena  
Veridicuſ referet limina lata poli.  
Pervigil ecce hostis gladijs radiantibus horrens  
Ingruit, atq; odio in limina sancta furit.  
Impastus ceu sape lupus stabula alta frequentat  
Nocte super media, cunctaq; claustra petit.  
Assultu vario ſic hostis pervia quaret;  
Sic veniet Turca vis violenta trucis.  
Inſperata graves resonabunt clasica ad aures  
Vndiq; conflagrans urbibus ignis erit.*

*Corpora*

Corpora discerpet miseranda insania belli.  
Horresco referens currit in ossa tremor.  
Ipse Deus jussit pervertere fundamenta,  
Atq; instar plani reddere tecta soli.  
Nec prius incipiet dirum compescere ferrum,  
Impietas donec tota revulsa cadat.  
Vnguis  $\mathcal{E}$  rostro vultur trahet impia ad unco  
Ilia; seu scindent vel pia membra feræ.  
Ergo aeo hoc mundi viventi nulla suorum  
Funera sunt verūm vitagemenda magis.  
Felix, præ turbis quem fata secunda vocarunt;  
Felix, præ strage hac quem pia fata vocant.  
Illi parta quies, veniunt mala nulla ferenda:  
Vivum alia ex alijs fata molesta vocant.  
Hactenus indulxit Dominus: si hæc fata moveri,  
Mutari vè putas, pectore vana foves.  
Effundas largos quare, ô Germania, fletus,  
Lachrymulæ plateis flumen ut inde ruat.  
Incipias cladis mæstas expromere voces:  
Excilio tristi venit acerba dies.  
Est mihi dicta satis Iove veneranda voluntas  
(Dicas) non volui dicto adhibere fidem.  
Multæ dederunt fata mihi portenta: sed auræ  
Cunctas commisi turpiter ipsa minas.

B

Ex ani-

Ex animo voluit nemo respicere verè  
Vita rimari, nec melioris iter.  
Inde ferox turcus terræ populator opima  
Mutat ut exilio tecta paterna venit.  
Christicolam ex ima vultus irpe excindere gentem  
Hic solet eventus facta nefanda sequi.  
Quis feret auxilium? Summi Moderator olympi?  
Spes bona sollicito victa timore ferè est.  
Ipse Deus misit populos ultricibus armis  
Frangere præfractos, impietate graves.  
Cumq; illum exagit mens dudum invadere limen:  
Alta quies contra mania nostra tenet.  
Quis vult, in terram telis prohibere ruentem?  
Quid patient molles ad fera tela manus?  
Quid bellum nostra, vel bellica tela juventas?  
Huic potius molles lana colusq; placent.  
Estq; dolo incantas virtus ambire pueras,  
Et cythara ad numerum ritè movere pedes.  
Arbitrium melius formæ ornatumq; cornarum  
Edocuit; deceat quām quid ad arma viri.  
Num cadet ille viri sine cœde & sanguine fortis?  
Sanguineum largè limina flumen agent.  
Viribus ille suis gentes regesq; subegit,  
Bello se fortem præsttit, atq; virum.

Acer

Acer erit belloq; ferox, ita ad arma paratus,  
Tantum eius viator possit ut esse Deus.  
Ut veneris; sic E<sup>o</sup> Bacchi retinetur amore  
Nosira juventa: placent vina venusq; simul.  
Plenaq; deductis infundere pocula buccis,  
Est decus egregium E<sup>o</sup> nobile Martis opus.  
Quilibet humenti bac audet pugnare palestra,  
Spumantes pateras impiger evacuans.  
Et latus opponit magno inter pocula Abanti,  
Vel Golia; eloquio territat atq; polum.  
Non adeo hanc exosa ( refert ) victoria dextram  
Effugit: en sternam corpora multa simul.  
Me miseram vereor quorsum jactantia tendat;  
Ne leporem in cursum bombus inanis agat.  
Turpiger in primo belli ne limine cedat:  
Pectora concutiat ne tremor ante tubam.  
Vel tendens palmas ipso certamine inermes,  
Dicat: multa dabo, sit modò vita mihi.  
O patrum virtus totum celebranda per orbem,  
Heu sobolis teneræ fætida mollities.  
Quid multis mollem iuuat enumerare juventam  
Officium per agas cœpta querela brevi.  
Germanos mala signa petunt: Deus ipse supremus.  
Admonuit toties irrita verba canens.

B 2

Viribus

*Viribus hinc Turcæ series Germanæ peribit  
Sceptritenens : lacrymans talia verba fero.  
Fata illi ferro securam invadere terram :  
Me contrâ pœnas reddere fata volunt.  
Non sic oppositas evincet gurgite moles  
Albis ; perfringet moenia ut ille ferox.  
Sanguinis Heroi veterum penetralia regum ,  
Postes aurati & limina tabe fluent.  
Plangite primores, patriæ clarissima terre  
Lumina ; iam lachrymæ fluminis instar cant.  
Vos eadem quoniam, fortuna adversa sequetur:  
Cum pastore lupus conteret iste gregem .  
Maiestas, decus & splendor prostrata iacebunt :  
Igne furente ruent tot monumenta virum :  
Publica res vastam reddit convulsa ruinam ,  
In cineres (miserum) curia clara cadet.  
Ehen precipiti statio placidissima regni  
Succine pernicie & jura, forumq; ruent ?  
Frangetur bello legum veneranda potestas,  
Nostroq; edentur vulnera dira foro.  
Componet Turcus rigido quia protinus, ense  
Lites, ne cumulet triste tribunal opes.  
In vos ex superum (dicet) summiq; Tonantis  
Imperio, veni: iussa facess o Dei.*

*Non*

Non *huc venissem*, mihi ni mandata dedisset,  
Commisso gladio, conditor ille poli.

*Qui tractare foro, mandans mortalibus aqua*  
*Iudicio mixtum fasq; nefasq; dolet.*

*Silicet, ut iustus Deus est; sicut iusta requirit,*  
*Et causas palmam iussit babere bonas.*

*Nec credo, quod, quem numen vos fertis, Iesus*  
*Tale, forum statuat: Jura fidemq; cupit.*

*Ergo cum tales volvistis pendere pœnas,*  
*Per gladium promptus præmia digna dabo.*

*Huc, huc adsit, capulo tenus abdite ferrum,*  
*Vos socij: gladijs colla secate citi.*

*Discant justitiam cœli Dominumq; vereri;*  
*Neo sit iustitiae nomen inane foro.*

*Sic dicet, rapiet, mactabit fervidus ira;*  
*Et referas Christo tristia facta, fremet.*

*Sic erit. O potius ludar formidine falsa,*  
*Flectat ♂ in melius fata Iehova sua.*

*Verum nunc instat gravis exitus: aut sacra, Divis*  
*Vatibus illisis, dogmata vana serunt.*

*Congemite ergo unda, ♂ largo suffundite rore*  
*Lumina, perficitis qui pietatis opus.*

*Flete sacri lapsum, tempus deflete doloris:*  
*Securum sitiens captat ovile leo.*

B 3

Vestra

Vestra cum primis vita manus imminet eius:  
Vestro explere cupit posse cruore sitim.  
Nulla dies precibus careat, vigiletur & ipsa  
Nox; tener hand timido pectore somnus agat.  
Verus amor moveat cultus q̄, araq̄ tuenda, &  
Cum pietate gravi relligiosa fides.  
O aræ, o adyta & sacri penetralia templi,  
Organa, barbaries vos fera calce teret?  
Indecores homines verboq̄, epulisq̄, sacratis  
Degenit hoc ævi, quod superesse potest?  
Nec puri vivent in relligione nepotes?  
Æterna est illis unde petenda salus?  
O infelices, tangent vos tristia fata;  
Quod vos non solum pagina sacra docet:  
Verum exempla etiam doctorum mœsta virorum,  
Qui cessere, monent non procul esse malum.  
Illi cedentes fugiunt discrimina rerum;  
Quilibet hinc discat damna parata sibi.  
Multa solet mors magnorum mutare virorum,  
Certa velut veterum scripta relecta docent.  
Post obitum Ambrosij Italiam vastatio pressit;  
Augustini t̄jdem bella secuta citò.  
Nec solum id; verum tristi certamina rixâ, in  
Dogmate salvifico docta caterva tulit.

Tristia

Tristia quid sequitur Divi post fata Lutheri?  
Imperio bellum; lis rabiosa sacris.  
Descessu mæsto patriæ tu quale relinquis,  
Discipulisq; omen, Magne Chytræc tuis?  
Quid memorem reliquos præmissos limina ad alta?  
Sufficient vigili commemorata bono.  
Musarum cultor, que te fortuna sequetur?  
Nam tua res agitur, Mars ubi ad arma furit.  
Nempe per adversas curret fortuna procellas;  
Fluctus te in medios fors inimica trahet.  
Ergo Pieridum fletus, sacra turba sororum  
Fundas: namq; tuum est fabula nulla malum.  
Limina docta cadent: Phœbæa castra sequentes  
Militia, Martis vis violenta teret.  
Mens tibi qualis erit, noctesq; diesq; labores  
Cum tot congestos hauserit atra dies?  
Nulla frequens docta pendebit ab ore juventus,  
Auribus arripiens mellea verba suis.  
Non poterit juvenis purum conferre liquorem  
Verbi divini. Quæ pia sacra colet?  
Quis volvet gemino leges è fonte fluentes?  
Quis miscere manu Pharmaca sana sciet?  
Quis cupidos fandi varia dulcedine tinget?  
Quis rerum causas dicet & astra poli?

Vndi-

*Vndiq; cuncta dabit vastam doctrina ruinam:*

*Vndiq; Barbaries effera bella fremet.*

*Instituet vera teneram pietate juventam,*

*In trivis nemo virga sceptra tenens.*

*Nec pueris lectis, templorum limine lata*

*Voce gregi, Psallet cantica sancta chorus.*

*Ante viri & juvenes castis, consurgite votis:*

*Et pueri pariter fundite corde preces.*

*Luminibus rumpat lacrymarum haud parcior imber;*

*Quam verna mollis de nive manat aqua:*

*Vt Dominus flectat saevi discrimina belli*

*In melius, casu & det leviore frui.*

*Emitas una lachrymas ignobile vulgus,*

*Inq; sinus liquida decidat imber aqua.*

*Vos, cives & ruricola, fortuna reservat*

*Exitio: spolium, quod petat, hostis habet.*

*Invadet socios poscens incendia ovantes,*

*Vastatis agris, diripietq; domos.*

*Quid sero? Num dirus tam culta novalia miles*

*Barbarus has segetes conteret iste pede?*

*Horresco varia confusus imagine rerum:*

*I'sacidum statuet collibus ille pedem.*

*Atq; erit illa dies, qua tu gratissima tellus,*

*Sanguine cognosces qualis in arma ruat.*

*Roma-*

Romanum invadet, multis comitantibus orbem,  
Nec stabunt parvo turcica bella tibi.  
Gaudia namq; horti sterilecent undiq; E<sup>o</sup> agri,  
Neclatas segetes rura novata ferent.  
Parturient sylva E<sup>o</sup> colles tibi pascua nulla;  
Nec pecus in viridi luxuriabit humo.  
Commisit am fumo vulcanus ad astra favillam  
Transferet, E<sup>o</sup> flamas mœnia summa voment.  
Irrumpens Turcus stantes in limine primo  
Cedet, E<sup>o</sup> arripiet pignora chara sinu.  
Abreptis, tenero vel sparget saxa cerebro;  
Vel dirimet latebras, pectoris ense fero.  
Corpora multa cadent: dulces fugietq; penates  
Quisq; suos, E<sup>o</sup> erit cuiq; relicta domus.  
Uxorem sobolemq; ipsis maectabit in aris;  
Nobilis aut humilis sit licet illa genus.  
Ipse tum matres, placidae quibus aspera quondam  
Visa necis, facies, morte perite volent.  
Cum gemitu dicent: ô terq; quaterq; beatae,  
Ante huius pena qua periere diem.  
Contigit his busto, tuta intra mœnia condi:  
Nostra avido rapient viscera dente fera.  
Impietas en quo miseras temeraria duxit;  
Nunc penas meritas colla superba luunt.

C

Dulcis

Dulce solum patriæ exilio mutamus acerbo:  
O domus, E fida dulcia membra domus.  
Quēis hortos cultos fœcundaq; linquimus arva?  
Fucundos fructus carpat ut hostis atrox.  
Cumq; videbuntur casi tellure jacentes,  
Supremo ut motu lumina lassa ferant:  
Ilicet ancipiti mentem formidine preßæ,  
Crinibus evulsis, pectora concutient,  
O miser! (dicent) qui vos genuere parentes;  
Fœmina, quæ haud peperit, sola beata solo est.  
Quid juuat ulterius masto indulgere labori?  
Cogo sub angustos tristia verba pedes.  
Quare sint gemitu E lachrymis loca cuncta repleta:  
Et querulas voces sumimus E imus agat:  
Flete duces clari; patriæ vos flete parentes:  
Primores populi flete dolore graves.  
Nocte dieq; preces effundas pectore ab imo,  
Sub lachrymis, sanctæ turba sacrata domus.  
Cum senibus juvenes, sanguis quibus integer ævi,  
Collachrimate, piæ fundite ab ore preces.  
Matres E pueri, simul innuptæq; puellæ  
Præveniant fatis, ut piæ vota ferant.  
Quores sunq; cadent, unum E commune periclam  
Rebus in his dubijs, omnibus una salus.

Roren-

Rorentur, panes lachrymis; lachrymisq; remista  
Pocula sint, lachrymae strata propinqua lavent.  
Vota diem incipient; votis nulla hora vacato  
Seria concludant vespere vota diem.  
Nobiscum aligeri comites hominumq; ministri  
Pectora lucifico plena dolore gerant.  
Atq; utinam pecudes, viridi quæ gramina campo  
Carpunt, præveniant his lachrymando malis.  
Sint mæstæ volucres pulsantes aëra pennis;  
Quæq; natat pinnis squameaturba mari.  
Arboribusq; satisq; herbisq; recurrat in umas  
Fste dolor venas: cunctaq; rura fleant.  
Nobiscum, intantis pœnis, ♂ pontus, ♂ ather,  
Terraq; tristitiam consociata ferant.  
Sit silicis sensus venis abs conditus optem,  
Nostris condoleat tristis ♂ ille malis.  
Desino: namq; malos lacrymae, luctusve, timorve  
Non vertent, donec tela inimica ruant.  
Quo feror, aut abeo? quo me, dolor anxie, duciss?  
Perfugium statuam denuo quale pijs?  
Præsidium, spes ♂ rebus solamen in arctis,  
Ac statio portus est Deus ipse poli.  
In nobis liceat sint fœda piacula culpa:  
Magna eius spes est in bonitate tamen.

C 3

Nec

Nec fore perpetuam speremus numinis iram,  
Quod jacit in vita fulmina saepe manu.  
Nam simulatq; illi de pectore vota feremus,  
Pax erit & cedent arma inimica retro.  
Quare agite hoc veniam lacrymis quin poscimus omnes:  
Sape per has flecti numinis ira solet:  
Summe Parens rerum, qui cœlum Numine torque,  
Ad te suppliciter lumina dirigimus.  
Spes subit in mentem, cum te mitissime Iova;  
Spes, ubi respicimus turpia facta, cadit  
Spes reddit at nobis, prolis cum vulnera Christi  
Aspicimus: cadit his fervor & ira tibi.  
Hinc, licet ipse vetes, tamen haec tibi vota feremus:  
Hoc etenim fieri, te renuente, potest:  
Ad nos augustum summo caput excere cœlo;  
Nec nostras tetrica despice mente preces.  
Ultima perpetimur, Turcus trux advenit hostis:  
Illi bœu nimium cognita tela tuis.  
Nempe malum est, quo non gravius sub sole nitenti:  
Horridus iste armis; horridus iste toga.  
Cuncta sumus meriti; vel plus meruisse fatemur.  
Delictis nostris lenior ira tua est.  
Semper enim punis miseros, ut parcere possis,  
Et bona clementi reddere multa manu.

Quippe:

**Q**ui ppe memor fragili esse homines de fragmine terra,

Corda quibus solis dedita tota malis.

**S**i quoties illi peccant, tu fulmina mittas

Ignea, terra brevi tempore inanis erit.

**A**udax ille leo, rictu qui semper biante

Circuit, insautos ducit in omne nefas.

**I**n sidias struxit si prima ab origine mundi

Vespere iam novit fallere mille modis.

**E**xpleri rictum nequit ardescitq; vorando:

Et sine divina nemo resistit ope.

**Q**uare age conceptum clemens dimitte furorem:

Spem venie antiqua redde, benigne parens.

**P**arce parens mundi; nec nominis immemor huius

Plasmatis una esto cura, salusq; tui.

**N**amq; soles iterum fieri placabile Numen,

Iratus quoties cogeris esse dolens.

**A**spicias similem Deitatis imagine Natum:

Pro nobis etenim vulnera amara tulit.

**C**ur placat tanto miseros excindere motu,

Quem cupis a thereo limine laude vehi.

**N**ostros tu pro avos per cuncta pericula tutos

Servasti: in prima est voce reperta salus.

**N**e c trepidos tua dextra Deus, Deus Alme, nepotes:

Deseret, haud facies; irrita vota ferant.

*Rebus*

Rebus in adversis fida vis voce vocari;  
Et gemitus populi suscipere atq; preces.  
Hinc freti bonitate tua nos pectore mæsto  
Sistimus & colimus Numinis sancta prece.  
Surge, tibi tantus Turcæ furor excitet iram,  
Nec sine, probra tibi iam violenta ferat.  
Haudq; tui Christi verbis petulanter amaris  
Vulnera mordeti tam preciosa sinas.  
Crimine non unquam dirum istum laſimus hostem:  
Sed te, juste Deus, qui mala cuncta vides.  
Ergo si hoc animo est; nec habent tua fata regressum,  
Ut pœnas meritas criminis nostra luant:  
Supplicium levius statuas, & parte retracta,  
Id crudele satis, quod superabit erit.  
Quò rumpat, nostris monstrans in finibus arma,  
Perfidia pœnas exigat ipse locus.  
Conculcat ne agris hominumq; boumq; labores;  
Gramine vel stabulis abripiat ve pecus.  
Moenia ne quatiat, subeat vè ad limina nostra;  
Nec pereant, flammis tot monumenta virūm.  
Sanguine ne maculet Dij sacraria templi;  
Nec nostrūm tristi corpora cœde cadant.  
Tu Deus armipotens, nutu qui concutis orbem,  
Rumpe moram subito, ferg; misertus opem.

Tu

Tu bonus adiutor, tu Duxq; comesq; venito:

Sis eques atq; pedes; signaq; nostra geras.

Rapta diu haud teneat, trepidus collecta relinquat,

Exultet, & nostro querat in orbe fugam.

Protinus horrifico tonitru cœlum omne moveto:

Cum fremitu in trepidum flammæa tela volent.

Vallibus occumbat tota de flirpe, recisus:

Ad proprium exemplum cunctaq; damna luat.

Deniq; cum pœnis impleveris omnia fova,

Solvemus grates tempus in omne tibi.

Da vigiles animos, agites quos Flamine Sacro,

Vt tua flammanti, pectore iusta colant.

Augustos donec vultus ex nube serena

Extendens Christus mortua cuncta novet.

Inde tibi veras dicemus pectore grates:

Et Trinum Numen viscera tota canent.

Hac sunt, quæ querula volui te voce monere;

Ingenuè Lector Candide, scripta legas.

F I N I S.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742542831/phys\\_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742542831/phys_0030)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742542831/phys\\_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742542831/phys_0031)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742542831/phys\\_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742542831/phys_0032)

DFG

Tu bonus adiutor, tu Duxq; comesq; veni.  
 Sis eques atq; pedes; signaq; nostra geras.  
 Rapta diu haud teneat, trepidus collecta rel  
     Exulet, & nostro querat in orbe fugam.  
 Protinus horrifico tonitru cœlum omne movet  
     Cum fremitu in trepidum flammœa tela  
 Pallibus occumbat tota de flirpe, recisus:  
     Ad proprium exemplum cunctaq; dam  
 Deniq; cum pœnis impleveris omnia fova,  
     Solvemus grates tempus in omne tibi.  
 Da vigiles animos, agites quos Flamine S  
     Ut tua flammanti, pectore iussa colant.  
 Augustos donec vultus ex nube serena  
     Extendens Christus mortua cuncta nova  
 Inde tibi veras dicemus pectore grates:  
     Et Trinum Numen viscera tota canent.  
 Hac sunt, qua querula volvi te voce monere  
 Ingenuè Lector Candide, scripta legas.

F I N I S.

